



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Capvt XXXIX. Cvr Ecclesiæ leivnia Clericis studiosè seruanda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

stibiles fiant cibi nostri, non etiam concupiscibiles vel detestabiles: sufficit enim concupiscentia malitia sua, &c. Itaque Ab- In quib. con-  
 stinencia est, qua edendi horam non praeuenit, vt fecit Ionathas sicut absti-  
 in fauo mellis, i. Reg. 14. non lautiora quarit edere, vt Hraelit. & neutia.  
 in deserto, Numer. 11. v. 4. non accuratius parere, vt filii Heli in  
 Silo, i. Reg. 2. v. 15. non ad superfluitatem, vt Sodomitae, Ezch.  
 16. v. 49. non vile quodlibet, vt Esau, Genes. 25. v. 39. edulium  
 in fame concupiuit, vt alibi S. Gregor. concludat hoc caput  
 S. Ioan Chrysostom. hom. 71. ad Antioch. Si corpus inquit, tibi Quid faciē-  
 infirmum ad continue ieiunandum, non tamen est infirmum ad dum ei, qui  
 orandum, & ad ventris despectum imbecille. Nam si ieiunare ieiunare nō  
 non etiam potes, potes tamen abstinere deliciis. Hoc autem non potest.  
 minimum est, nec à ieiunio multum distans, sed ipsum quoque  
 diaboli furorem prostertere idoneum.

CAPVT XXXIX.

CVR ECCLESIAE IEIUNIA CLERICIS studiosè seruanda.

§. **E**cclasiasticum ieiunium accurate est Clericis obseruandum, idque multis & praegnantibus de causis, ne Ecclesiae iudicio & praeepto immergeri in infidelium ac sceleratorum numerum, & ordinem redigantur ipsi, qui Ecclesiae columbae esse deberent, nam vt ait Saluator Matth. 18. v. 17. Si quis Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. S. Ambros. serm. 26. Si ignorans Ionathas, inquit, indictum à Patre ieiunium, quia resoluit, morti addicitur i. Reg. 14. ver. 44. qui sciens indictum à Christo resoluerit ieiunium quid meretur? Ergo fratres statutum nobis custodiamus obseruatione ieiunium, vt hostes nostros spirituales, carnalesque vincamus. Vbi & ait: Non leue peccatum est indictum violare ieiunium.

§. Canon Apostolorum est sexagesimus octauus. Si quis Episcopus vel Presbyter, vel Diaconus, vel lector, vel cantor sanctam Fascha

Sub deposi-  
 tionis pena  
 seruanda

Clericis Ec-  
clesia ieiunia  
praesertim s.  
Quadrages.  
Pascha quadragesimam non ieiunat, vel quartum diem, vel  
rascuem, praeterquam si propter imbecillitatem corporalem  
pediatur, deponatur: si sit laicus, segregetur. S. Ignat. epistolae  
Philip. Quadragesimam nolite pro nihilo habere: immo  
nem enim continet Dei conuersationis. Hebdomadamen  
passionis nolite despiciere. Quarta vero & sexta feria uocantur  
reliquias pauperibus porrigentes. Concilium etiam Magnu-  
num sub Carolo Magno canone trigesimo quinto. Quod si  
indictum ieiunium superbiendo contempserit, & obseruauerit  
caeteris Christianis noluerit in Gangrensi Concilio praecipui  
ut anathematizetur, nisi emendare se studeat. Conci-  
Gangrensis canone 19. verba sunt haec: Si quis ieiunia  
ieiunia, quae communiter seruantur ab Ecclesia dissoluat, pro-  
eta in eo residente ratione anathema sit. Sanctus Iulianus  
primo suo decreto ad omnes episcopos, & habetur dist. 4. s. 1.  
tuimus. Septem hebdomadas plenas ante Pascha Clerici in  
tem Domini uocati omnes à carne & delitiis ieiunent, & or-  
nis, & uigiliis atque orationibus Domino inherere, dum magis  
studeant. Videatur Ioannes Cassian. collatione 21. to. 4. Qu-  
dragesimae ieiunio Deo decimas totius anni pertol-  
mus, ut docet S. Greg. hom. 16. in Euang. & habetur de Co-  
dist. 5. c. 16. Quadragesima.

Sub poena a  
nathematis  
Ecclesiae ieiun-  
nia sancitur.  
r. 10.

§. Idem Gregor. Magnus, ut habetur dist. 5. can. 7. dicitur  
que sacerdotes, inquit, & reliqui omnes quos dignitas ecclesi-  
stici gradus exornat à Quinquagesima proposita ueniam  
scipiant. Par autem est, ut nos qui his diebus à carne ab-  
matu ieiunium abstinemus: ab omnibus quoque, quae sementibus  
fouentur.  
hunt originem, ieiunemus: à lacte uidelicet, caseo, & omni-  
terum piscium esus, ita Christiano relinquitur, ut haec  
mitatis solatium, non luxuriae pariat incendium.  
qui à carne abstinent, nequaquam sumptuosiora  
marinarum conuiuia praeparant. Vinum quoque non  
permittitur, ut ebrietatem omnino fugiamus: alioquin  
ut omnia quae corpori libent, similiter faciamus.

§. Etsi uero à memoratis rebus abstinentia, & in  
quadra

quadragesima, & aliis ieiunij diebus seruaretur, feue-  
rior tamen erat sex diebus sanctæ & magnæ hebdoma-  
dæ, tunc enim vini vsus prohibitus Christianis, pane  
tantum sale, oleribus & aqua mensæ adhibitis, refert  
S. Clem. l. 5. Ap. Cōst. c. 17. Quod cōfirmat Cyril. Jerof.  
Catech. 4. de cibis. Origen. lib. 3. in Job. 8. Epiphani. he-  
resi 75. contra Aerium. In diebus, inquit, paschatis, quando  
apud nos sunt humi dormitiones, castitates, afflictiones, sicco-  
rum esus, preces, vigilia, ac ieiunia, & omnes animarum salu-  
tes per sanctas afflictiones: ipsi à summo manè absonantur,  
carneque ac vino venas suas expletes cachinnantur, ridentes  
ac subsannantes eos, qui sanctum hunc cultum hebdomadis  
Paschatis perficiunt. Idque tunc temporis factitabant  
non modo Clerici, sed omnes omnino Christiani.  
Hinc idem sanctus Epiphanius in suo Ancorato. Per dies  
sex, ait, ipsius Paschatis omnes populi in siccorum esu  
perseuerant, pane, inquam, & sale, & aqua tunc vtentes ad  
vesperum.

§. Procopius in libro de edificio Iustiniani Imperatoris, *Iustiniani  
Augusti ie-  
iunium,*  
hæc in eius ponit laudibus. Omnibus, inquit, illis diebus,  
qui Paschalem solemnitatem precedunt, ieiunio addictus du-  
ram quandam vitam egit. In seram noctem lectum petens,  
mox surrexit, quasi plumarum pertasus. Cibi appetens vi-  
num & panem, & alia id genus cibaria abesse voluit, bras-  
sicam solum, & agrestes herbas longo tempore sale & aceto  
maceratas edebat. Potus erat aqua sola, neque his ad sa-  
tietatem vtatur, sed paululum degustatum cibum mox  
dimisit non eo sumpto, quod natura satis erat, & tamen per dies  
abstinebat.

§. Itaque 1. lectus erat illis humus, memores enim  
erant durissimi illius ligni non lecti, in quo DE I  
filius pro ipsius mortem opperuerat. 2. Castissime *Maiorū do-  
storum in S.  
hebdomada  
penitentiæ,*  
viuebant, & à licita voluptate temperabant recogi-  
tantes, quam acerbis supplicijs Christus Dominus pro  
nostris voluptatibus satisfecisset. 3. abstinebāt à vino,  
aqua,

*Austeritas  
in hebdoma-  
da san. 7a.*

*Iustiniani  
Augusti ie-  
iunium,*

*Maiorū do-  
storum in S.  
hebdomada  
penitentiæ,*

aqua, & aridis rebus vitam tolerabant, nec enim  
quoquam vescebantur, quæ sentientem vitam habu-  
issent, idcirco quod pro ijs auctor vitæ miseratus  
in modum interfectus esset, & in ipso mortis articulo  
felle & aceto potatus, *Thy. 3. v. 19. 4. & de sinenter per-*  
*bantur, nec sine fletu; animo siquidem & memora-*  
*nebant lachrymosas & sanguineas preces libera-*  
*tum in horto, tum in cruce, Luca 22. v. 44. & Heb. 11. v. 35.*  
*peruigilio noctes infomnes traducebant, respu-*  
*tes quam afflictas, quam difficile noctes Saluatoris*  
*buisse, tum pernoctans in oratione Dei, Luca 6. v. 12.*  
*tum vltima mortalis vitæ nocte, quæ quantaque*  
*tormenta perpessus esset. 6. affligebant corpus su-*  
*cilijs, verberibus, & alijs asperitatibus, vt Christus*  
*pasi, & cum illo conglorificarentur, Rom. 8. v. 17. 2. Timoth.*  
*v. 11. Atque hæc Deum timentibus & amantibus in-*  
*casse fat erit, non deerunt, qui eadem vlturpantur*  
*grauabuntur.*

De ieiunijs  
quatuor tē-  
porum.

§. De 4. temporum ieiunijs *S. Leo sermone 8. de*  
*10. mensis. Ieiunia, ait, ex doctrina sancti Spiritus, magis*  
*tius anni circulum sunt distributa; vt lex abstinentie omni-*  
*fit adscripta temporibus. Siquidem ieiunium Vernum in Qu-*  
*dragesima, æstiuum in Pentecoste, autumnale in mensis Septem-*  
*hyemale autem in hoc, qui est decimus, celebramus. Et sermo*  
*ieiunio Pentecostes affirmat, quod Paracliti Spiritus*  
*cti magisterio ab Apostolis sunt instituta. Quod & de-*  
*cet serm. 2. de Pent. & alibi sæpius. De his & Calixtus*  
*tyr & Pontifex epist. ad Benedictum. & habetur dist. 7. c. 1.*  
*Ieiunium. Quæ ieiunia, & præ alijs custodienda sunt*  
*Clericis, cum non modo tunc pro frugibus terræ*  
*fructibus partim Deo supplicemus, partim gratias ag-*  
*mus, vt habet S. Leo serm. 2. 5. & 8. de ieiunio 10. mensis.*  
*Sed etiam vt Deum rogemus, vt Clericorum orationibus*  
*tiones, quæ tunc fiunt, salutiferas ac felices esse viderentur*  
*quemadmodum ostendit Gelasius 1. epist. 1. c. 13.*

§. Atque in his ieiunij diebus nocturna refectio-  
tula, sed tenuis sumi potest, de qua Concil. Hildesemense  
in formula viuendi Canoniorum cap. 47. Si ieiunium, ait, ex-  
riterit, tunc secundum consuetudinem potest ad collationem a-  
liquid parum gustari, siue de speciebus, siue de torta, cum potu  
conuenienti. Atque hæc grauissima sit causa, cur Eccle-  
siasticum Clericis ieiunium seruandum, quia illis hoc  
cum aliis, & præ aliis ab Ecclesia, vt ostendimus, præ-  
ceptum est.

## CAPVT XL.

VARIOS EX IEIUNIO FRUCTVS CA-  
piunt Ecclesiastici.

§. **L**ibenter ieiunent, vt varias, quæ ex ieiunio pro-  
manant, utilitates consequantur, quæ autem i-  
stæ sint ex S. Patribus commemorabo. S. Athanasius l. de pori pariter  
virginitate. Vide, ait, quid faciat ieiunium: morbos sanat, di-  
stillationes exsiccat, demones fugat, malasque cogitationes ex-  
pellit, & mentem nitidiorum reddit, & cor purgatius, & corpus  
salubrius, & ad thronum Dei hominem sistit. Ieiunium Ange-  
lorum cibus est, & qui eo vsitur ordinis angelici censendus est. D.  
Basiliius hom. 1. de ieiunio. Ieiunium, ait, prophetas generat, po-  
tentibus addit robur. Ieiunium legumlatoribus ministrat  
sapientiam, bona anima custodia, corpori tutus conuictor, ar-  
matu a fortiter belligerantibus, athletis exercitium. Hoc ten-  
tationes depellit, hoc vrget ad pietatem, vigilia familiaris comes,  
sobrietatis architectus. In bellis addit fortitudinem, in pace do-  
cet quietem, Nazareum sanctificat, sacerdotem reddit sacris i-  
doneum. Neque enim fieri potest, vt is absque ieiunio sanctum  
ministerium cum fiducia peragat, non tantum in mystico ho-  
rum temporum, veroque cultu, verumetiam in eo, qui iuxta le-  
gem in figuris peragebatur. S. Chrys. hom. 1. in Genes. Ieiunium  
remedium animarum nostrarum, mater omnium bonorum, &  
Tt pudici- litates.